

Interea vero temporis ad Festum Sancti Joannis Bapti-
ste 1510. Acta est dicta Dieta Carnania pro componen-
da differentia, vel potius ut Magister Fridericus
Ordinis Theutonici in Prussia indueretur ad faci-
endum Juramentum Serenissimo Domino Si-
gismundo Regi et Regno Poloniae, quod post-
susceptum à se omnino facere renuebat et re-
luctabatur. Dicta est autem haec dicta à die
Sancti Joannis Baptiste usq' ad festum
Sanctae Magdalene.

Qui autem fuerint Oratores à Cesare Maximiliano
à Rege Hungariae Vladislao, à Sigismundo
Rege Poloniae, à Magistro eorum nomina in-
ferius, in descriptione ejus dietae, initio Tra-
ctatus sunt annotata. Qui quidem Oratores
post multos Tractatus, nihil conluserunt. Et
quod Oratores Cesarei, parti Cruciferorum fa-
ventes, haec extrema, iniqua proposuere v. Moder-
nus Magister, et quilibet alter ejus Succes-
sor in Magistratu, Regi Poloniae et Regno Jura-
re non teneatur, et ut neminem alium super-
iorem, quam solum Cesarem recognoscat, et
quod ordo non teneatur plures.

Præterea volebant iidem Arbitri, hoc est Cesarei,
et Hungarici Oratores, ut cum res per composi-
tionem transigi, pro hac vice non prospit, ad Decem-
nium

ad duennium penderet suspensa, et quod in-
terim coram Summo Pontifice et Impera-
tore iudicium practicaretur. —